

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

x. De Subiecto, ac Ministro interdicti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

- Etum fertur in penam delicti, ita respicit ipsam penam, ut tamen pena subordinetur culpe: vnde, hoc ipso quod in morte dantur signa penitentiae, presumitur cessare culpam, & consequenter etiam censetur cessare pena. Habet autem hoc potius locum in morte, quam in vita, quia in vita semper habere potest remedium absolutionis, ut autem de penitentia innotescat Ecclesia, recurrendum ad eam est pro absolutione; si vero interdictum sit latum propter contumaciam, & in morte apparuerint signa penitentiae, etiam in loco sacro sepeliri poterit; Ratio est, quia hoc ipso quod praebentur signa penitentiae cessatur a contumacia; si vero quis moratur sine penitentia, aut signis penitentiae, tunc quidem in loco sacro sepeliri non potest, vt colligatur ex d.c. is cui de sent. excomm. lib. 6. Quia eo ipso quod in morte non dat signa penitentiae, presumitur obstinatus in sua contumacia. Addit autem lo. And. in d.c. is 25 cui de sent. excom. lib. 6. hoc interdictum in articulo mortis, per quincunque Sacerdotem relaxari posse, & est communis DD. opinio; Quod idem dicendum est de omni interdicto personali, ut ex dictis manifestum est.
- 26 *Sepimus*, Sic interdictus honorum; quia ab Ecclesia publice, aut priuatim fiunt, particeps est, sic Couat. in cap. Alma, mater, par. 2. §. 1. num. 4. de sent. excom. lib. 6. & Vgol. de censur. Eccl. Tab. 5. cap. 16. §. 4. num. 2. Ratio est, quia vt diximus, huius Ecclesiae communione non priuatur, sed solum, ne Sacraenta sumat, Diuinis, dum fiunt, interfici, aut si Clericus sit, ne illa faciat in Ecclesia prohibetur unde pro interdictis etiam sic mortuis (dammodo penitentes fuerint) & oblationes recipere, & pro eis orare possumus, vt docet Innoc. in c. finali, de excessu praelat. & latius a nobis in fine capitulis precedentibus ostensum est.
- 27 *Dubium* solum est, An sic interdictus capax sit indulgentiarum? Huic Responderet Vgol. vbi supra, cum distinctione, si enim speciatim interdictus sit ob cogumaciam, a qua non discessit, sic capax est non potest; si vero ob penam interdictum latum sit, si ea facere possit, que forma indulgentiarum requirit; sic eas consequi valer, alias non potest vnde, si ad indulgentiam consequendam requirantur peccatorum confessio, & Eucharistia suscepit, tunc quia hic in Ecclesiam ingredi nequit, nec Sacraenta sumere valer, indulgentias lucrari nequit; quandoquidem ut com muniter traducat DD. quos sequitur Felic. in Serm. de indulgentia plenaria, num. 1. indulgentiae illis tantum profundunt, qui faciunt illud, pro quo indulgentiae conceduntur. Et de his haec tenus.
- 28 *De Subiecto, ac Ministro interdicti.*
Cap. X.
S. V. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Interdicere potest quicunque excommunicare, & suspendere valet, & econverso.
- 2 Interdicti passiuè aliqui duobus modis potest.
- 3 Interdicti non omnis homo, sed solus Christianus potest.
- 4 Interdicti Christianus omnis, etiam innocens valet.
- 5 Interdicti a iure, vel ab homine Papa nequit, & quare.
- 6 Amentes a nativitate, & pueri usum rationis non habentes, sub interdicto generali personali non comprehenduntur, & que vera huius rei ratio sit.
- 7 Interdicti possunt non solum personæ singulares, sed etiam universitates, Collegia, & Capitula.
- 8 Priuilegium a Papa habens, ne interdicti, aut excommunicari possit, a sententijs excommunicationis, aut interdicti Ordinarij sui non eximitur, nisi Rex sit, vel Regina, vel Regum filius, aut Religiosus ex eo ordine, & loco, cui priuilegium hoc concessum est.
- 9 Conuentus, & loca pia per Sedem Apostolicam a iurisdictione Ordinariorum exempta, sub interdictis Ordinariorum non continentur.

- 10 Interdicti directe, aut indirecte quidnam sit.
- 11 Ordinarij locorum, quibusnam in casibus per Concilium Tridentinum, contra Religiosos exemptos, non obstantibus suis priuilegijs, procedere possint.
- 12 Exemptus a Papæ potestate, ne ab eo interdicti possit, ne in singulari, nec in communi, aliquis esse non potest, & quare.
- 13 Interdicere quilibet potest personas sibi subditas, quia in eas iurisdictionem spiritualem fori exterioris habet.
- 14 Papa quilibet loca, & quicunque personas totius orbis Christiani interdicere potest.
- 15 Legatus, & Nuncio Apostolicus quæ loca, & personæ interdicere queat.
- 16 Delegatus Papæ, aut alterius quosnam interdicere potest.
- 17 Subdelegatus tantum aliquando potest, quantum delegatus.
- 18 Episcopus electus, & confirmatus, quamvis non consensus, loca, & personas suæ Diæcesis interdicere potest.
- 19 Episcopus ac Clericos, & Ecclesiam sine consensu capituli interdicere potest.
- 20 Episcopus iurisdictionalia contra Capitulum ex confutacione prescribere potest.
- 21 Prelati inferiores Episcopis iurisdictionem ordinatio fori exterioris habentes sibi subditos interdicere possunt.
- 22 Generalis Religionis, & superiores Monasteriorum subditos interdicere possunt.
- 23 Capitulum an., & quibus in casibus interdictum datur possit.
- 24 Concilium Generale, vel Provinciale interdicti sententia validè ferre potest.
- 25 Canonici quinam, & quibus in casibus interdictum ferre possint.
- 26 Femina, quamvis Abbatissa, vel Priorissa sit, Ecclesiam, aut Clericos Monasterio subditos, interdicere nequit, & quare.
- 27 Iurisdictionis spiritualis de facto, & de iure communicalemente ordinem supponit.

Communitas est DD. sententia, quod quicunque excommunicare potest, etiam suspendere & interdicere potest, & cōuenit. Et similiter qui excommunicati potest, etiam suspendi, & interdicti poterit, & cōuenit. hac emilia sub censura Ecclesiastica continetur in ca. Querenda de verbis signific. sic summa Astenis par. 2. lib. 7. tit. 6. 2. 7. ante finem. Angelica, verbo interdictum 3. in principio Sylvest. verbo, interdictum 3. num. 3. Tabiena, verbo interdictum 2. num. 3. Secundo. Nau. in Man. c. 17. a. 10. Vgol. de censur. Eccl. Tab. 5. c. 1. Henriquez lib. 13. de censur. & interd. c. 50. §. 1. & Sebast. Medicis, par. 2. Summaria 9. q. 7. Toletus lib. ... instruct. Sacer. c. 9. qui omnes doceos, qui excommunicare, aut excommunicari possint, etiam interdicere, & interdicti possunt.

Quoad subiectum vero se personam, quia interdictus adterendum ante omnia est, aliquid passiuè interdicti posse duobus modis; uno modo, vt interdicti sit folium priuati officij Diuinis, & alijs prohibitis in interdicto, & hoc modo late accepto interdicti vocabulo, non folii homines, sed etiam res inanimate, vt sunt loca, interdicti possunt, id est, officij Diuinis priuati possunt; Alio modo vt interdicti, sit passiuè officij ipsa censura interdicti, & obligati ad eam sententiam seruandam, & ad pepam singularitatis, si non obstante interdicto, Diuina celebentur, & hoc modo folia personæ capaces sunt interdicti passiuè, & hoc etiam duobus modis uno modo in seipso, & in interdicto personali contingit, & sic quoconque videlicet secundum secum suum interdictum, & vbi conque celebrantur.

irregularis efficiuntur; Alio modo in ordine ad locum, vt in interdicto locali sit, & sic solum obligantur ad obser-
vandum interdictum in illo loco, vnde extra illum locum
sine vilo peccato, aut irregularitate Diuina celebrare pos-
sunt. Et quia ex his, quæ de excommunicationis subiecto
lib. 1. c. 8. diximus, ea omnia, quæ ad interdictum pertinet,
sic intelligi possunt, hoc in loco materiam hanc paucis
tantum explicare necessum erit.

Primo igitur. Non omnis homo capax est interdicti, sed
solas Christianus; Ratio est, quia infideles neque Ecclesiæ,
neque eius Canonibus, Censuris, & pœnis Ecclesiasticis
sobieti sunt, arg. c. Multi 2. q. 1. & c. gaudemus, de diuinit.
Qui enim foris sunt, nihil ad nos. 1. Corinth. 5. & Concil.
Tid. lxx. 1. 4. de Sacram. Penitentia, c. 2.

Secundus, omnis Christianus, etiam innocens interdicti po-
teſt, arg. cap. si sententia, de sent. excom. lib. 6. Sotus 4. d. 22.
q. 3. art. 1. Concluſ. 5. & ad 1. & 2. Nau. in Man. capit. 27.
num. 168. Couar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 1. num. 4. de
sent. excom. lib. 6. & lib. 2. var. resol. cap. 8. num. 10. Henriquez
lib. 13. de excom. & interd. ca. 50. §. 1. Quamvis enim
ut infra dicimus interdictum ferri non possit, nisi propter
delictum, non tamen necessariò requirit delictum in eo,
qui interdictum, sed vel in illo, vel in alio, vnde, & vnuſ, &
multo possunt pro alio interdicti, ut enim communis DD.
sententia tenet, propter vnius culpi; nempe illius, qui Do-
minus, aut Rechor est loci, seu Civitatis interdicti potest Ci-
uitas, aut locus, & ob Regis delictum totum Regnum, vel
etiam plura Regna interdicti possunt, ut colligunt ex cap.
Non est vobis, de sponsal. & d. cap. si sententia, & latius c.
seq. dicetur.

Tertius, certum est, Papam non subiacere interdictis a
iure iurius; Lex enim leglatorem, aut supremum Prin-
cipem non obligat, quantum ad vim coercitiam, &
patem penalem, sed solum quantum ad vim suam di-
rectiūm, Censuræ autem ad coercitiam pertinent, &
et communis doctrina omnium in materia de legibus,
& certa.

Quarto, Dubium est de Amentibus a Nationitate, & de
pœnis nondū habentibus usum rationis, nec perfectum,
nec imperfectum, ut sint verbi gratia, ante quinquenium
& ut plurimum ante septennium, An isti de facto conti-
neantur sub generali interdicto personali sui populi, &
ad impossibilis capaces sint huius pena? Et quidem Nau.
in Man. cap. 27. num. 168. in fine, putat istos non solum ef-
fe capaces, sed de facto sub sententia generalis interdicti
populi comprehendendi; Quid probat, quia interdictum li-
gat etiam innocentem, ita autem non videntur aliud ex-
equi post quam ex innocentia. Alij tamen, ut Angelica
verbo interdictu 1. n. 5 & Iohannes de Deo, ab eo relatus,
& Sylvestro interdictu 2. §. 17. nu. 18. Rosella, verbo
interdictu 1. num. 8. Couar. in ca. Alma mater, par. 2. §.
4. num. 5. vers. Duodecimo, de sent. excom. lib. 6. Henriquez
lib. 13. de excom. & interd. cap. 42. §. 3. docent, hos
de facto sub huiusmodi interdicto non comprehendendi; De
possibili vero nihil dicunt. Mihil autem valde probable
videatur etiam de possibili istos penas huius non esse capa-
ces, non quidem ex eo capite, quia sunt innocentem, sed ex
alio capite, quia cum isti rationis, & dolis capaces non sint,
consequenter neque præcepti, aut prohibitionis; ergo con-
sequenter videtur dicendum, eos capaces non esse penas
adlatae ad præcepta; sicut nec in foro seculari penas legum
civilium incurunt. Addit, quod hoc ipsum, quod est offi-
cij diuinis interesse, in huiusmodi personis non est accus-
sum invenit, ergo nec præsumit, nec penas capaces sunt, iuxta-
ca. que dimicim. c. 4. §. 3. dub. 3.

Quinto, Non soli singulares personæ, sed etiam Com-
munitates, & Collegia, Capitula, Conuentus, Vniuersita-
tes, & totus populus interdicti possunt, immo propriæ ma-
gistratibus interdictu iste Vniuersitates, & Communitates,
sunt singulares personæ, & in hoc multum differt inter-
dictum ab excommunicatione, cum Vniuersitas in com-
muni, ex communiori DD. sententia, excommunicari no-
polis, Romana, & in Vniuersitate, & c. si sententia, de
sent. excom. lib. 6. Palut. 4. d. 18. quest. 2. principali, in
q. 1. articul. 3. Henriquez lib. 13. de excom.

& interd. cap. 25. §. 4. & cap. 30. §. 1. & alij multi.

Sexto, Personæ singulares priuilegiatæ per Sedem Apo-
stolicam, ne excommunicari, aut interdicti possint, non in-
telliguntur exempta a sententijs ordinatioi, sed possunt
non obstante tali priuilegio ab eis interdicti, & excommuni-
cari, nisi sint Reges, vel Reginæ, aut eorum filii, cap. Ne
aliqui, de priuileg. lib. 6. & ibi Joan. Andr. & Anchæ. Item
S. Anton. 3. par. 11. 25. ca. 75. in fine. Sylvester in verbo in-
terdictum 3. quæst. 4. versic. Secundum. Marcus Antonius
Cucchius lib. 4. institu. iur. Canon. tit. 12. Alphonſ Vinald.
tit. de interdicto, num. 193. Henriquez lib. 13. de excom.
cap. 25. §. 5. Vgolin. de Cenfut. Ecclef. Tab. 1. ca. 2. §. 12. nu.
5. & hoc etiam si essent personæ Religiosæ, ut in d. cap. Ne
aliqui haberet, intelligendo de priuilegio personali, id est
ratione personæ, non auctem ordinis, seu Religionis, ex gl.
in d. ca. Ne aliqui, in verbo Ratione, de priuileg. lib. 6. Vnde
Religiosus aliquis priuilegium habens ne excommuni-
cari, aut interdicti possit, non obstante tali priuilegio sua
personæ concessio ab Ordinario interdicti, & excommunicari
potest; secùs autem, quando priuilegium conceditur ra-
tione loci Religiosi, v. g. Monasterij, aut Ordinis, quale pri-
uilegium habent Religiosi Mendicantes, ut Ordo Prædi-
catorum, Minorum, Societatis Iesu, ne excommunicari pos-
sint aut alia censura irritu ab Ordinario, aut legato, nisi
super hoc specialem licentiam, & auctoritatem Papæ ha-
beant, que faceret mentionem de ipso ordine; adeo, ut si
si fermentia contra eosdem irrita essent, & inanes, &
idem de ordine S. Benedicti dicendum est, ex priuilegio
Eugenij IV. incipiente. Etsi ex debito. Anno Domini 1434.
Kal. Martij, de qua te vide S. Anton. 3. par. cit. Henriquez
lib. 7. de indulg. c. 24. §. 2. & lib. 13. c. 24. §. 1. & Compend.
priuileg. ord. Minorum. In verbo exemptione, vbi latè de hac
re agitur.

Sepimo, Conuentus, & omnia loca pia per Sedem Apo-
stolicam exempla a iurisdictione ordinario, & Religio-
si omnes eodem modo exempti ratione Religionis, non
autem personæ, non continentur sub interdictis ordinario.
Quia per hanc exemptionem omnino a iurisdictione
ordinario subtrahuntur. Quod in tantum est
verum, ut non solum i. si, & eorum loca direccte, sed neque
indirecte interdicti possunt, c. Quantum, de priuile. & facit
Sylvester vbi supra, ver. Peccatum.

Diecet autem interdicti est ipso me interdicere, vel eo-
rum loca; indirecte est interdicere alios ratione ipsorum,
vt v. g. interdicere eos, qui eorum Ecclesiæ frequentant,
qui cum illis negotiantur, qui ab illis emunt, aut qui eis
vendant, qui molunt eis instrumentum, qui eis panem co-
quunt, &c. vt in d. ca. Quanto, habetur. In tantum autem
non possunt huiusmodi personas interdicere directe, ut si
de facto interdicant, sententia est nulla, arg. ca. si duobus,
de appellat. ca. cum dilectus, de relig. domib. & Clem. fre-
quentis, de excess. prælat.

Excepiantur tamen casus, in quibus Concilium Tidem-
tinum, non obstantibus suis priuilegijs, dat Ordinario pot-
testatem, vt tāquam delegati, vel legatis Sedis Apostolice
contra quoscunque etiam religiosos exemptos procedere
possint, vt Sess. 5. c. 2. & Sess. 24. de ref. capit. 4. vbi prohibe-
tur Regularis prædicare absque Episcopi approbatione:
& sess. 6. de reform. ca. 3. degens ext' a Monasterium si de-
linquit, ab ordinario puniri potest, & Sess. 7. de reform. c.
7. 14. & 15. confirmat Clem. Quia cōtingit, de relig. dom.
vbi etiam exempti in quibusdam casibus, coram ordina-
riis locorum conueniri possunt. Nau. in Man. c. 25. nu. 13.
& Henriquez lib. 13. de indulg. c. 24. §. 2. in annot. litera O.
vbi alia multa loca Concilij citat.

Ottavo, Quicunque quomodolibet exempti sine in fin-
gulati ratione personæ, sine in communione loci, auct
Ordinarii, & quocunque quamvis amplissimo priuilegio
suffulti, ne possint interdicti, non eximuntur a iurisdictione
Pape, quo minus ab eo interdicti possint. Nā sicut a Dei
potestate neminem Romanus Pôtifex eximere potest, ita
nec a se, qui ipsius Dei personam in terris gerit, vt habent
in c. 2. de translat. præla. vt docent Ioh. And. quem refert,
ac sequitur Panorm. in cap. cum inst. antia, nu. 6. de cenfib.
& Rebuff. in præx. benef. versicul, seu si venerabili Fratri
Form.

Form. nou. prouis. declar. Vgolin. Tab. i. ca. 2. §. 12. num. 11; & Henriquez lib. 13. de excommun. & interd. cap. 2. 5. §. 5. in anno littera G. Sed neque immunes sunt ab interdictis lati in Bulla cęz Domini, vt habetur expresse in iis nonnullis Bullis cęz Domini; ante finem, & de subiecto interdicti hactenus.

13. *Quod Ministrum autem interdicti*

Primo, Communis Regula est DD. omnem Prelatum, & Iudicem habentem Iurisdictionem fori exterioris spiritualem sive Ecclesiasticam, sive Ordinariam, sive Delegatam interdicere posse eas personas, & ea loca in quibus Iurisdictionem haberet; cap. cum interd. de conuentu, cap. cum ab Ecclesiastum, de officio Ordin. Sotus, 4. dist. 22. q. 5. art. 1. Conclus. 2. Et denique, qui ordinarii potestate excommunicare potest, hic etiam interdicere potest; eamque facultatem viro Clerico aliqua censura non impedito delegare, vt auctores initio Huius capituli allati testantur; & Henriquez libr. 13. de excommunic. & interd. cap. 5. §. 1. & Alphonsus Viualdus titulo de Interdicto: numero, 124.

14. *Secundo*, Papa interdicere potest quaecunque personas, & quaecunque loca, etiam totum Orbem Christianum, si cuius id potuerit, cum Iurisdictionem fori exterioris in omnes personas, & omnia loca habeat, arg. c. Tanta de excess. prelat. Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 4. principali. §. Quantum ad quintum. Sylvestri verbo, Interdictum, 2. nu. 3. §. Secundo. Henriquez loco cit. §. 1. versic. Tertio. Alphons. Viuald. vbi supra num. 126. quod intelligitur in personas, & loca tantum sua legationis, & hoc non solum si in literis sua Comisionis id exprimitur, seu addatur Claustra hac. *Contra dilectos per censuram Ecclesiasticam compellendos seu compescendos*, arg. ca. Quarenti, de verb. signific. sed etiam si simpliciter legatus constitutus, nec apponatur talis Claustra, ex S. Anton. Tab. Henriquez vbi supra, & factum Viualdi. 1. 27. qui cum hoc concedat de subdelegato, a fortiori idem de Legato concedere debet.

15. *Tertio*, Legatus, & Nunciū Sedis Apostolice interdicere potest, cap. Nouit, de officiis. Palud. 4. dist. 18. q. 8. in art. 4. princip. §. Quantum ad quintum S. Anton. 3. pat. tit. 27. de interd. cap. 2. in fine. Tabiena, verbo, Interdictum, 2. nu. 3. §. Secundo. Henriquez loco cit. §. 1. versic. Tertio. Alphons. Viuald. vbi supra num. 126. quod intelligitur in personas, & loca tantum sua legationis, & hoc non solum si in literis sua Comisionis id exprimitur, seu addatur Claustra hac. *Contra dilectos per censuram Ecclesiasticam compellendos seu compescendos*, arg. ca. Quarenti, de verb. signific. sed etiam si simpliciter legatus constitutus, nec apponatur talis Claustra, ex S. Anton. Tab. Henriquez vbi supra, & factum Viualdi. 1. 27. qui cum hoc concedat de subdelegato, a fortiori idem de Legato concedere debet.

16. *Quarto*, Delegatus eiusdem Sedis Apostolicae, cap. Sanè, 2. de offic. deleg. potest interdicere personas, & loca, quarum, seu quorum causa ei delegata est, necnon & alias personas, ex quibus cause cognito pendet. S. Anton. Palud. Tabiena Alphons. Viuald. locis proxime citatis. Et par modo delegati aliorum Prelatorum idem possunt iuxta terminos sua delegationis.

17. *Quinto*, Subdelegatus, id est, delegatus à delegato potest etiam interdicere, cap. ex literis de officiis. deleg. S. Anton. & Tabiena, vbi supra, & Alphons. Viuald. num. 127. Potest etiam hic tantum quantum ipse delegatus, quia delegatus potest delegare, & delegando dat subdelegato totam suam Iurisdictionem.

18. *Sexto*, Episcopus etiam solum electus, & confirmatus, licet non sit consecratus interdicere potest sūos subditos, & loca sua Diocesis; Quia interdicere non est actus Ordinis, sed Iurisdictionis, cap. Transmissam de elect. Palud. 4. dist. 18. q. 8. in ar. 4. princip. §. Quantum ad Quintum S. Anton. 3. patte tit. 27. cap. 2. in fin. Sylvestri verbo Interdictum, 3. quod. 3. Tabiena, verbo, Interdictum, 2. §. Secundo Alphonsus Viualdus cit. num. 128. & 129. Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. cap. 5. §. 1. In uno etiam interdicere potest personas per Sedem Apostolicam priuilegiatas, ne possint interdici, si priuilegium sit concessum tantum ratione personæ, nisi fuerint Reges, Reginæ, aut eorum filii, qui sic priuilegiati fuerint, aut nisi in filios speciales à Papa receperit sicut. cap. 1. de verb. signific. li. 6. Natura. in Manual. cap. 27. nu. 164. versic. Octauo. & Alphonsus Viualdus titulo de interdicto, nu. 196. vt ex praedictis constat; personas autem priuilegiatas & exemptas ratione ordinis interdicere nequit, vt diximus.

19. *Dubium* est apud DD. An Episcopus interdicere possit

Clericos, & Ecclesiam, sine consensu Capituli? Ratio dubiandi ex cap. i. de excels. pralat. desumitur, vbi Ponit, prohibet, ne Clericos sine iudicio Capituli Episcopus suspendat, aut eorum Ecclesias interdicto subiectas. & faciunt pro hoc. Nouit, & cap. Quanto, de his, quae sunt à maio. part. Capit. & certe tota difficultas in intellectu horum Canonum, maximè vero d.c. 1. constituit, quod à diuersis diuersimode exponitur:

20. *Prima* enim expofitio est Innoc. in d. cap. i. de excels. pralat. & ibi Panorm. num. 2. Palud. 4. dist. 18. q. 8. in art. 4. principali. §. Quantum ad Sextum. S. Anton. 3. pat. tit. 27. de interd. cap. 2. in fine. Sylvestri verbo, Interdictum, 3. quod. 3. Viuald. cit. num. 128. Tabiena, verbo, Interdictum, 2. §. Secundo. Henriquez lib. 13. de excommunic. & interd. cap. 5. §. 1. Qui intelligunt caput illud de interdictis ferendis in perpetuum, aut in longum tempus, tunc enim existimant Episcopum non debere (vt S. Anton. Tabiena, Sylvestri, Viuald. & Henriquez loquuntur) aut non posse, vt Palud. cum Inno. docent. Clericos, aut eorum Ecclesias interdicere, sine consensu Capituli.

Secunda est corundem, maxime Inno. Palu. & Alphons. Viualdi qui etiam intelligunt de interdictis ferendis, quando Episcopus procedit contra aliquos ex officio, sive pizenies, sive abentes, tunc enim quia cum maiori matuera, sicut etiam in priori casu, procedendum est, requiriunt consilium Capituli.

Tertia est, vt Calderinus in tract. de interd. mem. 3. num. 54. refert, Hostiensis, qui intelligit de interdictis ferendis, quando Episcopus procedit ad correctionem Canonorum, & Clericorum, & maxime vt sic eorum contumaciam comprimat; tunc enim Canonicos ipsius Capituli Iurisdictioni subiectantes, non nisi ex consensu Capituli interdicere valer, iuxta formam cap. Irrefragabili, §. celsus, de officio Ordin. & capitul. cum contingat, de loco compet.

Quarta est eiusdem Hostiensis; qui intelligit de interdictis ferendis quando Episcopus cum Capitulo habet omnia communia etiam iurisdictionem; vt cum Episcopo non constituit, aut destitutus sine consilio Capituli, nec alii facit, que ad iurisdictionem pertinent; tunc enim interdicere non potest sine consilio Capituli. Addit tamen H. in his casibus etiam sententiam solius Episcopi esse unquam, quia quāvis iure prohibetur hoc facere, nullatenus iure declaratur factum esse iritatum.

Quinta est Calderini vbi supra; qui intelligit hoc casu pliquer & vniuersaliter prout iacet, & ve ha sonant, quantum est ex vi iuriis communis, & iuriis scriptis, vt Episcopi non possit interdicere Ecclesias, nec Clericorum sine consensu ipsius Capituli, & facit cap. Episcopus nullius, i. 5. quod. 7. & faciunt d. capitul. Nouit, & capitul. Quanto, si his quae sunt pralat. Immo addit Calderinus, hoc non solum habere locum in Episcopo, sed eti. in omni Prelato habente sub se Capitulum & idem docet quod hoc ultimum Paludan. citat. §. Quantum ad Sextum. Cum Calderine consentiunt glossi. in d. cap. 1. in verbo, Capituli. 3. Panormitan. ibi, & Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 5. cap. 1. qui id docent verum esse de iure scripto, vt sine consensu Capituli Clericos suspendentes, aut interdicentes non possunt. Addunt tamen Panormitan. Calderini & Vgolin. hodie Episcopos ex consuetudine prescriptissime iurisdictionalia contra Capitulum, vt sine consensu Capituli quaecunque censuras ferre possint, & Clericum, & Ecclesias interdicere quia prescriptio & consuetudo valer, vt experientia, & videtur quotidianus declarat, argument. capitul. 3. de confitud. lib. 6. Nemo enim Episcopus hodie est, qui per se iurisdictionem non exercet. Quarum expofitionem, & sententiārum hanc quinta & viiima mihi videor ratiōnē, & textū conformior & quotidie ab Episcopis praticatur; post hanc locum habere possunt prima, & secunda: Tertia vero & quarta non videntur nisi commode aptari posse textui. Quibus omnibus addo cum Vgolini vbi supra, absque controvergia Episcopum sine consensu Capituli in laicos censuram quamcumque sentire posse, id quod iuri scripto, & experientiae conforme omnes est.

¹¹ *Septimo.* Prælati inferiores Episcopis habentes Iurisdictionem spiritualem ordinariam fori exterioris interdicere possunt sibi subditos, cap. cum inter, de consuetudine, & c. cum ab Ecclesiis, de officiis, ordinis, & ibi glo. in verbis. Ecclesiastica sententia, vbi notat quinam sint illi prælati, dicens esse Abbates, & Prælatos Ecclesiæ Collegiatarū, qui licet subint Episcopis, sunt tamen Iudices Ordinarij in plebe sua. Idem docent Palud. 4. distinct. 18. q. 8. in art. 4. princip. 6. Quantum ad quintum, & 6. Quantum ad sextum S. Anton. 3. part. tit. 27. de interd. cap. 2. in fine. Sylvestris verbo, interdictum, 3. q. 3. Tabiena, verbo interdictum, 2. 8. Secundo. Sotus, 4. dist. 2. 2. quest. 3. art. 1. Conclus. 2. Alphon. Viuald. num. 130. Henriquez lib. 13. de excommunicatis, & interd. cap. 51. §. 1. vbi ait tales in suo territorio interdicere posse, sive ex iure, sive ex consuetudine, sive ex privilegio hanc Iurisdictionem habeant: immo, etiam & Abbatibus seculares qui habent Iurisdictionem quasi Episcopalem. Et Innoc. in d. cap. cum inter, de consuetudine, idem posse Decanos affirmat, quod probat ex cap. Dilectis, de appellat. An autem isti interdicere possint Clerum, & Ecclesiæ sine consensu Capituli, dicendum est, vt supra de Episcopis diximus.

²² *Estimus* modo Generalis Religionis interdicere potest subditos sibi, qui tamen, vt notat Henriquez vbi supra, in consuetudine non habet, vt Oppidum aut Castrum interdicatur, nec si effec consuetudo in oppositum, est admittendam, nisi in illud habeat spiritualem Iurisdictionem, ex Soto, & Henriquez vbi supra. Sic etiam Priors, & Guardiani, & superiores Monasteriorum subditos suos interdicere possunt ab audiendis diminiis, aut Confessionibus ex Henriquez lib. 13. cap. 24. §. 3. & cap. 51. §. 1. locum tamen, aut personam simpliciter interdicere nequeunt, & facit Palud. cit.

¹³ *Ottavo* Capitulum de iure communi non potest interdicere, quia nullam habet Iurisdictionem ordinariam. Excepitur tamen

Primo casu vacationis Sedis Episcopalis quo casu tota Iurisdictione deuolutur ad ipsum Capitulum, paucis exceptis ex Henriquez lib. 13. de excom. cap. 24. §. 1. in fine, & faciunt ad hoc cap. His que, & ibi glo. fina. & cap. cū olim. & ibi glo. in verbo, Capitulo, vbi docet in quibus non devoluntur Iurisdictione ad Capitulum, de maior. & obed. & cap. ad abolendam, in principiis, & ibi glo. in verbis. Sede vacante de herei, & c. penali. & vlt. de supplen. neglig. præla. lib. 6. & cap. cum nullus, & ibi glo. in verbo, Capitulum, de temp. ordin. lib. 6. & d. 6. 5. cap. vlt. & d. 2. 3. c. In nomine Domini & 7. q. 1. cap. Pontificis, vt refert glo. in d. cap. His que. Palud. 4. 18. q. 8. art. 4. princip. 6. Quantum ad quintum. Huius in d. capit. ad abolendam S. Anton. 4. part. tit. 27. de interdicto, cap. 2. in fine. Tabiena, verbo, Interdictum, 2. 8. secundo. Alphon. Viuald. num. 131. & num. 135. Henriquez lib. 13. cap. 24. §. 1. & cap. 51. §. 2. Nunc autem mortuo Episcopo vicarius a Capitulo eligendus est, qui Iurisdictionem exercat, ex Concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 16. Excipitur secundo casu specialis priuilegii Sedis Apostolice, scibi ex privilegio concessa sit Capitulo talis Iurisdictione. Excipitur tertio casu Consuetudinis prescripte, scibi Capitulum ullam Iurisdictionem prescriptam ex consuetudine in oppida sibi subiecta, vt capitulum Ecclesiæ Salmanticensis in oppida Valdopera, de la Valdobra, vt Henriquez in d. c. 51. §. 2. testatur. Idem docet Summa Apostolica, pat. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. in fine.

²⁴ *Nono.* Communitas etiam quædam habet Iurisdictionem interdicendi, vt Concilium Generale, Provinciale, & Episcopale, vt Henriquez cit. & communis DD. sententia teatur.

²⁵ *Dicimo.* Dubium est de Canonicis, an ipsi interdicere possint, & intelligitur maxime de Canonicis Ecclesiæ Catholicae. In qua re haec communiter ab auctoribus tractantur.

Primo Ceterum est, neque singulares Canonicos seorsim, neque plures Canonicos simul posse interdicere Ecclesiæ Episcopo subiectas, sine consensu ipsius Episcopi, & aliorum Canonorum, vt habetur in c. Quæsivit, de ijs que

fiant a maio. par. cap. Palud. 4. d. 18. q. 8. in art. 4. principali, 6. Quantum ad Sextum. Angelica, verb. interdictum, 3. num. 2. Tabiena, verbo, Interdictum, 2. 8. Secundo. Alphon. Viuald. num. 132. & si de facto interdicant, neque teneatur Episcopus interdictum illud seruare, neque permittre debet ab alijs seruari, vt Cœlestinus III. in d. ca. Quæsivit, expresse determinavit, & statuit.

Secundo, si Canonicus aliquis Episcopale ius habeat in aliqua Ecclesia, illam interdicere potest, ex glo. in d. cap. Quæsivit in verbo, Ecclesiastiam.

Tertio si Canonicus præbendam aliquam habet, cui Ecclesia est annexa, vt in cap. extirpanda, 6. si vero, de præbend. in qua de consuetudine Iurisdictionem fori exterioris spiritualem exercet, iuxta cap. super eo, de præbend. libro 6. illam interdicere potest, ex Calderino tract. de Eccl. interd. membr. 3. num. 55. & Palud. 4. d. 18. q. 8. art. 4. princip. 6. Quantum ad Sextum. Tabiena, verbo, interdictum, 2. num. 3. 8. Secundo in fine, & Alphonso Viuald. cit. numero 133.

Quarto, si Canonicus de consuetudine prescripta exercet Iurisdictionem spiritualem fori exterioris in terram seu territorium ipsum præbendæ ipsius territorium, & terram interdicere potest, sic Calderino, & Tabiena, cit. contra Paludanum in d. 8. Quantum ad Sextum.

Quinto, Canonicus ex prescripta consuetudine exercet Iurisdictionem super aliquos homines, seu personas, super quas habet aliquam prælacionem, verbi gratia, quia sunt, vel habitant in eius præbenda, tunc omnes, & singulos illos homines interdicere potest, vt notant Calderino, & Palud. vbi supra, & consentit Innoc. in c. Quæsivit, de ijs que fiant a maio, parte cap. Addit etiam Pal. in d. 8. Quantum, ad sextum, non posse consuetudine induci, vt pro communib[us] factis Ecclesiæ Collegiata, vel Canonicorum, vel Ecclesiæ simul, & Canonicorum, quilibet Canonicus interdicatur, aut excommunicetur homines Ecclesiæ, quia cum de factis communibus agatur, communis sententia opus est; & idem expresse docent Calder. cit. & Innoc. in d. c. Quæsivit, non enim quilibet de Capitulo est dominus hominum Ecclesiæ, sed Vniuersitas. Parte ratione puto nō solum seorsim singulos, sed neq; aliquos, tres, aut quatuor &c. simul posse interdicere, sed necessario requiritur maior pars suffragiorum ad interdicendum.

²⁶ *Vndeциmo.* Femina interdicere non potest, etiam si Abbatissa, vel Priorissa sit, & etiam si Ecclesiæ Monasterio subiecta habeat quia non est capax Iurisdictionis spirituallis tam ratione sexus, tam quia non est capax Ordinis Clericis spirituallis ab item Iurisdictione saltem de facto, & de iure communi Ordinem Clericalem supponit, sic S. Anton. 3. part. tit. 27. de interd. cap. 2. in fine. Tabiena, verbo, Interdictum, 2. nu. 3. 8. secundo. Henriquez lib. 13. de excom. & interd. c. 51. §. 1. Vgolin. Tab. 1. cap. 2. §. 7. Felin. Panorm. & Innoc. in c. dilecta, de maior. & obed. & idem Panorm. & DD. in capit. Noua. de penit. & remiss. & Sylvestris in verbo, Interdictum, 3. q. 3. & Alphonso Viualdus titu. de Interdicto, nu. 134.

De causa dispositiua, & Forma ferendi sententiam interdicti. Cap. XI.

S V M M A R I V M

- 1 *Interdictum, non nisi ob causam, & culpam grauem ferri debet.*
- 2 *Interdictum extensiù pena grauior est, quam excommunicatio, quamvis intensius leuior sit.*
- 3 *Culpa, & causa granis ad ferendum interdictum qualis est, se debet.*
- 4 *Censura Ecclesiastica neruns sunt disciplinæ Ecclesiasticae.*